

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Ad Michaellem Chislerium Cardinalem, In Librum De Locutione Dei,  
Academiae Venetae Nomine. Argumentum.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198567](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198567)

argumentum benevolentiae meae, testimonium iudicii; grati vero animi non omnino quale velim, sed quale possum hoc tempore, monumentum. Tu autem istam præclaram in nos voluntatem conserva: & quo instituisti cursu, per directam, maximeque expeditam, accertam literarum viam ad gloriam contende. Quod ego quidem, qui tuos sensus, tuos ad laudem impetus optimè teneo, ita opto, ut sperem; ita spero, ut futurum mihi persuadeam; idque etiam reliquis prædicare non desino. Venetiis. M. D. LVIII.

AD MICHAELEM CHISLERI-  
UM CARDINALEM, IN LIBRUM DE  
LOCUTIONE DEI, ACADEMIÆ VENE-  
TÆ NOMINE.

ARGUMENTUM.

*Academiae Venetae nomine librum, de DEI locutione, à viro docto conscriptum editurus, affert causas, cur Chislerio Cardinali eum inscribat, videlicet 1. quod is sit Academiae Venetae patronus, 2. quod divinarum literarum studio deditus: ubi in laudes Chislerii digreditur, eumque rogat, ut Academiam illam, & doctos in illa viros tueri, & fovere pergat.*

**R**erum humanarum exitus, quam varia sint hominum consilia, declarant. Quod si quis bene cogitat; sequitur, ut idem laudabiliter agat. Rectè autem agentem, nihil unquam frustrabitur, nihil fallat. Decet igitur nos optima sperniti, admodum-  
que



que firmâ, quibus, in condenda atque instituenda Academia nostra, nihil præter DEI gloriam, & communem hominum utilitatem, propositum fuit. Neque vero actiones nostræ, ut speramus ejusmodi erunt, ut hanc ad optimas res animorum nostrorum incredibilem propensionem ambigüe aliquis interpretari, aut in dubium revocare possit. Apparantur quotidie summa curâ, & edentur à nobis divinâ doctrinâ referti, qui pietatem, ac religionem complectuntur, illustres libri. Et interim, quasi specimen quoddam, aut pignus nostræ voluntatis, egregia quædam de locutione Dei, ab excellenti viro conscripta, piis mentibus ac sacrarum literarum, id est, veræ gloriæ studiosis communicanda censuimus. Quæ duabus maximè de causis, præstantissime vir, tuo nomine decuit esse inscripta: primum, quòd suscepto Academix nostræ patrocinio nihil prætermittis, quod ad eam orrandam, augendamque pertineat; & nos, quæ à te officia proficiscuntur, quibus animis, quàm libentibus, quàm gratis excipiamus, aliquo item officio tum ipsi tibi, tum ceteris omnibus indicatum, maximeque perspicuum esse cupimus: deinde, quæ de Deo loquuntur, ad quem potius mitti æquum fuit, quàm ad eum, qui divina studia, in omni suæ vitæ cursu, cunctis & opibus, & honoribus anteposuit? Qui cum universam de Deo divinisque rebus doctrinam accuratissimè quæsit: tum verò cum ipsa doctrina vitæ rationem conjunxit, & ut omnes rectam, salutaremque viam tenerent, aut, qui diverterant, in eam revocarentur, studio, consilio, monitis, auctoritate

æon  
de t  
dub  
gun  
Col  
ob i  
mec  
fucc  
nem  
eum  
Bad  
Aca  
bita  
turn  
tate  
mod  
clar  
stren  
cum  
nica  
mot  
rit, e  
& u  
ad q  
rent  
quan  
scipe  
aris,  
dio  
exer



auctoritate contendit. Nihil obscure fama loquitur  
 de tuis virtutibus. Nihil de te aut exiguum, aut  
 dubium affertur. Patent multis, ac certissimis ar-  
 gumentis eximia tua in Christi Ecclesiam merita.  
 Colunt te omnes ob doctrinam: imitantur multi  
 ob integritatem: amant ob humanitatem, maxi-  
 meque ob rectam, ac simplicem naturam ab omni  
 furore, omni que fastu longissime remotam. Prae-  
 conem verò tuarum laudum omnibus horis audimus  
 eum, qui summā ipse laude dignus est, Federicum  
 Baduarium, auctorem, & conditorem, Deo duce,  
 Academia nostra: cui quidem viro tum vitæ pro-  
 bitas, tum ex assiduo studio doctrina, & ex diu-  
 turno rerum usu prudentia fidem, atque auctori-  
 tatem in omni sermone conciliat. Ipso igitur non  
 modo approbante, verum etiam hortante, præ-  
 clarum de Deo libellum, gravem sententiis, illu-  
 stre verbis, ad te mittit, tuoque dicatum nomini  
 cum omnibus gentibus Academia nostra commu-  
 nicat. Quæ cum se tibi, suo primū iudiciō com-  
 mota, tuis deinde meritis impulsā penitus addixe-  
 rit, eandem observantiam in omni vitā præstabit,  
 & ut eam futuræ quoque gentes intelligant, ipso,  
 ad quem omnia referimus, summo Deo opem fe-  
 rente aliquo merito consequemur. Tu interim,  
 quando jam hoc tribuisti humanitati tuæ, ut nos su-  
 sciperes; tribue idem constantiæ, ut susceptos tue-  
 aris, ac foveas, ita tamen, si nos, tuo præsidio, ac stu-  
 dio dignos, id est, nostra ingenia in optimis artibus  
 exercentes, nostrasque voluntates ad unam virtu-